

(1228) 1229, febrer, 23

*L'abadessa de Sant Daniel, Agnès, -firma a Bernat Martí, a la seva esposa Maria i a la mare d'aquesta, Arnalla, una possessió situada a Cassà, indret de Solgosta, a cens de dos diners, per nou sous d'entrada.*

ASD núm. 98, perg. orig., 140 x 175 mm. Còpia: Llibre 22, núm. 172, p. 510.

Sit notum cunctis quod ego Agnes, gratia Dei Sancti Danielis abbatissa, cum omni meo conuentu, laudamus atque concedimus tibi Bernarda Martina uxori que tue Marie et matri eius Arnalle et uestre progenie in perpetuum uidelicet omnem illum honorem quem pro ecclesia Sancti Danielis tenetis in parrochia Sancti Martini de Catiano, in uilla de Solgusta, in loco uocato Fredera et subtus domos Iohannis Eschac uel in aliis locis ubicumque inueniatur. Sicut superius dictum est, sic uobis laudamus et concedimus totum dictum honorem cum omnibus que intus sunt et uestris perpetuo ad omnes uestras uestrorumque uoluntates facientes, salvo meo iure in omnibus, de qua honore faciatis duos denarios de tornes monete de quaterna ad adiutorium illius censi quod Petrus Martini de Uentaiol ecclesie dicte Sancti Danielis et Raimundo de Laucata et Bernarda de Taiata facit. Et est manifestum quod dictus Petrus Martini de Uentaiol facit nobis censuro, et Raimundus de Laucata et Bernardus de Taiata .I. anserem et .I. quarteriam cibarie annuatim, scilicet pro illo honore qui exiuit de uestro manso de Perles. Pro hac uero laudacione et concedacione accipimus a uobis .VIII. solidos barchinonenses, de quibus fatemur a uobis bene esse paccata.

Actum est hoc .VII. kalendas marci anno Domini .MCCXXVIII.

+Agnes gratia Dei abbatissa\*. (s. man.) Guilielmus, capellanus Sancti Danielis\*. Sig+num Guilielmi de Rexago, baiuli. Sig+num Petri Ferrarii de Salto. Sig+num Raimundi Artalli de Salto.

(s. man.) Guilielmus de Leprariis presbiter, qui hoc scripsi cum litteris dampnatis in .VIII. linea, die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 216